

1511. u. 1. Maij.

179

Sigism: 1. Rex Polon: Stanislao de
Kurozwanski Capneo Krzepic:

67

Tametsi inhibitionem fecerimus, ut nullus subdi-
torum Nrorum in Slesiam ac Vratislaviam tran-
sire mercium causa permittatur sub penis ad
hoc constitutis, tamen quia nonnulli mercatores
subditi Nri cum externis mercatoribus debita con-
traxerint, idcirco ad preces consiliariorum Nrorum
permittimus, ut hinc ad Festum Sancti Iohannis Ba-
ptistae proximum et Decem post dies inclusive
quilibet cum creditoribus et debitoribus suis rem
suam transigat et componat, sed ita tamen ut
nullas merces ex Regno in Slesiam et Vratislaviam
eundo, efferat. Quam inhibitionem Nram tuae
fidelitati demuntiamus mandantes, ut neminem
in Slesiam ac Vratislaviam ire permittas, qui
non habereat Lras Theloneatoris Nri Cracoviens,
vel Consulium Cracoviens, ita tamen, ut nullas
seuam merces e Regno illuc ducat. Promissura
tua soltas accurate, ne fraus in hoc commit-
tatur Pro Gratia Nra. Datum Cracoviae u. 1.
Maij 1511.

